



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros
Decretalium, Tomus ...**

In Lib. III. Decretalium. In quo agitur De Rebus, quae in judicium devenire solent, cujusmodi sunt, de vita et moribus Clericorum, ...

Schlüter, Georg

Augustæ Vindelicorum, 1708

§. 3. De reservationibus contentis in regulis Cancellariæ Apostolicæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73045](#)

132 *Tract. In Lib. III. Decretal. Quæstio V.*

aliaque beneficia incompatibilia, adeptâ promotionis pacificâ possessione; adeoque omnia prius obtenta, & vacantia per promotionem, vel, si jam prius consecratus sit, & aliò transferatur, post spatiū 3. Mensium. c. *Cum in cunctis. §. Cum verò de electione.*

Not. autem, quod Extravagans exp̄sē loquatur de beneficiis vacantibus *per promotionem ad dignitates majores* v.g. Episcopatum, factam Authoritate Pape, immediate, pat. ex ejus verbis ibi: *per nos, seu Authoritate nostrâ promoti;* quæ clarius reddit constitutio Concordatorum Germaniæ de qua infra, cui, ut dictum est, illa Extravagans est inserta, sub his terminis: *Per nos, seu Authoritate nostrâ rarum literarum immediate collatorum,* ergo promotorum non immediate à Pontifice beneficia, propter promotionem vacantia, non intelliguntur Papæ reservata per Extravag. *ad Regimen.*

§. 2.

De reservationibus in aliis Pontificum Bullis.

545 **E**X his primò sunt reservationes factæ à Pio V. qui in sua Constitutione *ex Apostolatus officio*, & alterâ, *Romanum Pontificem*, sibi reservat beneficia recepta in simoniacam confidentiam, deinde per constitutionem, in *conferendis*, Parochias non collatas *per concursum* juxta Concil. Trid. Sess. 24. de Reform. c. 18. 3. Per constitutionem *Sanctissimus in Christo*, omnia beneficia vacantia, *Episcopali Sede vacante.*

Secunda est Alexandri VI. qui pér constitutionem *in Eminentia* reservat eorum beneficia vacantia, qui offendunt *litigantes in Curia Romana*, corumque Judices, Advocatos, Testes, Procuratores, Notarios, &c. Tertia est Gregorii XIII. in constitutione: *Humano vix iudicio*, quæ reservantur beneficia *resignata*, quorum resignatio non est publicata juxta formam in ea constitutione præscriptam, quibus positis.

546 Quæstio est, an Bullæ Pontificum, quæ disponunt aliquid contrarium Concordatis Germaniæ, hoc ipso istis derogent, licet de his Concordatis nullam faciant mentionem? affirmativam sequitur

Branden super Concordatis Germaniæ q. 10. n. 8. Verùm, cùm nulla lex generalis deroget statutis particularibus, privilegiis, aut indultis, nisi quatenus exprimit, ut dicitur in c. *Cum ordinem de refcriptis, &c. 1. de Confit. in 6. merito negatur cum Rebuff. ad Reg. 26. Parisis l. 3. q. 6. n. 92.* Accedit, quòd Nicolaus in Concordatis, §. 4. hæc durare voluerit, usque dum in futuro Concilio, de consensu nationis Germanie, aliter fuerit ordinatum, quod haec tenus non est factum. Coeterum, quæ pertinent ad explicationem istarum reservationum colligi possunt partim ex dictis, partim ex dicendis in seqq.

§. 3.

De reservationibus contentis in regulis Cancellaria Apostolica.

ANequam dictas reservations proponamus, not. per regulas Cancellaria Apostolica, nihil aliud intelligi, quam certas Pontificum constitutiones, quas ipsi in principio sui regiminis, circa causas *beneficiales*, vel *judiciales*, faciunt, vel à Prædecessoribus factas confirmant, augent, vel minuant, observandas, ab his in iudicio ejusmodi causarum, qui eis præsunt. Horum natura est, ut solum durent ad vitam Pontificis, ac eo mortuo extinguantur. Unde, Sede vacante, nullam obligandi vim habent. Et cùm pro diversitate temporum, & Successorum Pontificum, non raro varientur, minuantur, augeantur, sit, quod qua hodie in ordine est, octava, v.g. apud alios Pontifices sit. 2. vel 9. &c. quod observandum est, ne ex hujus ignorantia culpentur Scriptores in Reg. Cancellaria. Ex hoc colligitur, has regulas non esse propriè *leges Ecclesiasticas*. Lex enim est perpetua, & obtinet etiam post mortem Legislatoris, dum vel à Successore revocetur vel contrariâ consuetudine aboleatur. c. fin. de offic. Legati.

Not. 2. Cùm hæc regulæ præscribant formam actibus celebrandis, tanquam conditionem *sine qua non*, actum sine tali forma celebratum, esse nullum, licet ignoretur illi annexam esse talem formam; quia nullitas actus tali casu solùm inducit ex defectu conditionis requisitæ. Coeterum actus contra tales regulas celebratus non inducit culpam, vel poenam, nisi post suffi-

sufficientem earum publicationem, nimirum eam, qua proximè aptæ sint in subditis causare scientiam earum, vel culpabilem ignorantiam, sic Zerola in praxi Episcop. V. Reg. Cancellaria, quibus positis.

549 In prima regula Cancellariae, à Paulo V. Greg. XII. & Urban. VIII. constituta resuscitatur 1. temporalis constitutio Benedicti. 12. ad Regimen, quoad reservationem beneficiorum in ea contentorum, de qua n. 465. 2. reservantur beneficia, quæ reservata fuerunt per Extravagantem Execrabilis de qua egi. n. cit. 3. omnia beneficia de quibus Ordinarii Collatores contra decreta CC. Trid. disposuerunt, & disponent.

550 In secunda regula reservantur 1. omnes Ecclesiæ Cathedrales, quomodo cunque vacaverint, etiam extra Curiam, quam restrictionem non habet regula 1. sic Azor p. 2. l. 6. c. 30. q. 10. 2. reservantur Monasteria Vironum excedentia valorem auri 200. fl. quæ consistorialiter provideri solent, Azor cit. c. ult. q. 10. 3. Monasteria Virorum habentium jurisdictionem, licet electiva sint; Barbosa cit. n. 91. 4. beneficia quomodo libet ad Episcopum pertinent si vacent vacante Sede Episcopali, & quamdiu Successor non capit eorum possessionem, si eorum provisio subsit tali Episcopo; non autem, si penes eum sit eo tempore turinus sic Castropalaus p. 1. tr. 13. D. 2. p. 18. n. 5. quia tunc ei in hoc succedit Capitulum per c. unicum, ne Sede vacante, in 6. 5. reservantur beneficia vacantia post renuntiationem Episcopatus à Pontifice admissam, vel translationem, etiam antequam Episcopus notitiam habeat renuntiationis, admissæ, vel translationis; sic Barbosa cit. n. 92. Huc reducuntur etiam beneficia jure devolutionis ad Episcopatum pertinentia; quia regula 2. loquitur de beneficiis ad Episcopum pertinentibus, quomodo cunque vacantibus, & quomodo libet pertinentibus.

Not. autem 1. per hanc regulam non privari, jure presentandi, Reges, & Principes, licet jus Patronatus illis competit consuetudine tantum, vel privilegio, Barbosa p. 3. allegat. 57. n. 85. deinde not. quod hæc regula non reservet beneficia vacantia, quorum provisio spectat ad dignitatem Pontificis reservatam: sic Castropalaus cit. p. 18. n. 8.

In tertia regula reservantur 1. omnes 551 dignitates, acti majora post Pontificalem in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, ac in Collegiatis Principales, quæ excedunt 10. florenos auri communi estimatione. Not. autem ibi ly omnes non apponi, ut comprehendat cuiuslibet singularis Ecclesiæ dignitates omnes, sed solum, ut omnes omnium. Hinc si in Ecclesia una sint plures, unica tantum in ea reservatur sic Barbosa p. 3. alleg. 57. n. 100. excipe, nisi in una sint duæ, vel plures æquæ præcipua Azor p. 2. l. 6. c. 34. q. 10. Not. 2. sic in una Ecclesia sit unica tantum dignitas, illam à dicta regula non reservari, juxta Zerolam, & alios apud Castropalaum p. 2. tr. 13. D. 2. p. 19. n. 4. quia tunc non verificatur, quod sit major ipse tamen affirmativam censet probabiliorem quod ly major ibi sumatur negative, ut major sit post Pontificalem, quæ hujus rationis non habet aliam supra se. Not. 3. si in tali Ecclesia prima dignitas post Pontificalem Capitulo unita sit, non esse respectu ejus locum reservationi, quia ratione unionis, quasi extinguitur, & reputanda est, ac si non esset; ac proinde prima post illam censetur prima in ordine, supra quam cadit reservatio, Castropalaus cit. n. 5.

Reservantur 2. in illa omnes Prioratus, 552 Præpositurae ac aliæ dignitates conventuales, & præceptorie generales ordinum quorumcunque, non militarium. Hoc intellige, de perpetuis, quæ dari solent in Commendam, & quarum electio non sit à Religiosis simul congregatis, sic Azor cit. Hinc dignitates temporales ordinum Mendicantium sub reservationem non cadunt. Barbosa cit. n. 104.

Reservantur 3. beneficia familiarium Papæ, & Cardinalium continuorum commensalium. Qui autem dicuntur familiares Papæ vel continui commensales. V. Castropalaus cit. n. 7.

Per regulam quartam reservantur be- 553 neficia, quæ Collector, seu Subcollector habuit, tempore, quo officium exercuit, licet illa prius obtinuerit, de quibus fuse Castropalaus. p. 20. & alii. Per quintam regulam reservantur omnia, & singula beneficia quorumcunque Curialium, quos, dum Curia Romana de loco in locum transfertur, eam sequendo, de-

cedere contigerit in quovis loco quantumcunque à Curia remoto. Per 6. regulam reservat sibi Pontifex omnia beneficia Cubiculariorum, & Cursorum suorum.

554 Per 7. reservantur. 1. Canoniciatus, præbenda, dignitates, Personatus, & officia trium Ecclesiastarum Urbis, S. Joann. Lateran. S. Petri, & S. Marie Majoris, idque ideo, ut tolleretur quæstio aliquorum infra Papam volentium, eorum collationem jure ordinario sibi competere. 2. Beneficia ad provisionem Cardinalium Episcoporum, à Curia Romana sine legitima causa absentium, spectantia ratione Episcopatus, Cardinalatus, vel ejus tituli, aut Diaconia, quando ea ratione Cardinalatus, Episcopatus est annexus; Castropalaus p. 21. n. 7.

555 Octava regula (*dementibus, & alternativa*, continet duas partes, quarum prima agit de reservatione; secunda, de alternativa. Per primam reservantur Papæ quæcunque beneficia Ecclesiastica cum Cura, & sine Cura, secularia, & regularia, qualitercunque sint qualificata, ubiunque existant extra Curiam, quomodounque vacatura aliæ, quam per resignationem, quæ ad alicujus presentationem, electionem, vel quamvis aliam dispositionem quoniodolibet pertinuerint, etiam mulierum. Perhostemnos comprehenduntur beneficia qualificata, aliæ in generali beneficiorum reservatione non comprehensa. Et juxta Castropalaus cit. n. 5. §. Ceterum, probabilius etiam *Patrimonialia*, nisi habent privilegium, quod ipsis per regulas Cancelleriae non derogetur; item *monasticaria*, vel alia noviter erecta; non tamen beneficia, quæ sunt de jure Patronatus Laicorum juxta dicta n. 533. nec beneficia Ecclesiæ non numerata, seu receptæ.

Prædictam reservationem generali intellige de beneficiis propriè dictis juxta n. 374. & 522. & vacantibus aliquando, sic Gonzalez ad Reg. 8. Gl. 5. §. 6. n. 9. & Castropalaus tr. 13. cit. D. 2. p. 22. §. 3. n. 2. deinde non de beneficiis aliunde reservatis. Nam reservatio hujus regula agit de beneficiis, quæ aliæ Ordinarii providere poterant. Nec de beneficiis per resignationem, ut patet ex priori numero sub qua etiam venit per-

mutatio, cum ea sit vera resignation, per c. unic. de rerum permuat. & Clement. 1. cod. intellige tamen, de resignatione, quam Ordinarius admittere potest. Ex quo sequitur 1. per dictam regulam non reservari beneficia *manualia*, ex n. 534. nec vacantia in Curia 3. nec beneficia regularia ordinum militarium; cum sint specialiter excepta per tertiam regulam, adeoque non intelliguntur in hujus regulæ dispositione generali, nec beneficia concordata, ut dixi supra.

Præter hæc not. 1. reservationem 556 regulæ 8. non esse pro omni tempore, si- cut sunt reservations priorum, sed solùm, si ea beneficia contingat vacare in Jan. Febr. Aprili, Majo, Julio, Augu- sti Oct. & Novembri. Ex hoc sequitur, si vacent in Martio, Junio Septembri, De- cembri, provisionem relinqu Ordinario Collatori. Notat autem Castropalaus. cit. p. 22. §. 1. n. 1. hoc beneficium *alternati-va* concessum esse Episcopis, *residentibus* verè, ac *personaliter*, ut pat. ex textu regulae §. insuper. Not. 2. hos menses incipere à media nocte præcedentis dici, scilicet post noctis duodecimam, quo casu attenditur horologium Parochiæ defuncti, de quo Castropalaus. §. 2. à n. 1. Not. 3. cum Pontifex in dictis quatuor mensibus, Ordinario concessis, beneficium tunc va- cans providerit, sciens esse mensem Ordinarii, non teneri eum juri Ordinarii ex- pressè derogare; sic Castropalaus p. 2. tr. 13. D. 2. p. 14. n. 1. quia est Ordinarius Ordinariorum, & horum potestas non est privative ad Papam; unde tali casu scienter utitur jure preventionis.

Not. 4. hujus regule reservationem durare solùm ad vitam Papæ per. n. 468. nam ejus beneplacitum ultra non durat; & extendi solùm ad beneficia vacantia extra Curiam quocunque modo vacationis, ex- cepta vacante per resignationem, etiam causa permutationis, quo nomine hic (in materia odiofa) venit solùm resignation expressa, pura; non autem conditionalis in favorem tertii, quia hæc non potest fieri, vel admitti extra Curiam. Not. 5. ab hac reservatione excipi Cardinales Ro- manæ Ecclesiæ, ut non comprehendan- tur in hac reservatione mensium, si sint Collatores ordinarii, licet sint absentes. Not. 6. in hac generali reservatione non com-

comprehendi Reges, & Principes, ob eorum altitudinem, qui ex privilegio Papæ beneficia conferunt. Not. 7. cùm ex dictis constet, vi hujus regulæ permitti Collatoribus ordinariis provisionem beneficiorum sui juris, ubi ea vacaverint certis mensibus, de quibus n. 556. ne, cùm Papæ pro illis supplicatur, istis præjudicium fiat, Pontificem in eadem regula constituisse, ut in impetratione ejusmodi beneficiorum exprimatur *mensis vacationis* beneficii, expressione absolutâ & certâ; sufficit tamen, si dicatur *in mense reservato*; nam hujus, non autem, quando est mensis ordinarii Collatoris, faciendam esse mentionem, ut probabilius tenet Castropalaus cit. §. 5. n. 5. hæc ad primam partem octavæ regule. Not. 8. si dubium est, an beneficium vacaverit mense *Papali*, vel *Ordinarii*, & dubium vinci non potest, sustineri provisionem Ordinarii, si prævenit Papam, quia haber intentionem suam fundatam providendi omnia beneficia sua diœcesis c. *Regenda.* 10. q. 1. c. *nullus omnino* 16. q. 1. c. *Ex frequentibus*, de instit. c. *Conquerente*, de offic. Ordin.

558 Secunda pars dictæ regulæ octavæ agit de *alternativa*; notandum autem, gratiam *alternative* in eo consistere, quod Pontifex, non obstante reservatione, de qua in prima parte hujus regulæ, speciali benevolentia in Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas facultatem beneficia illa conferendi indulget, *alternis mensibus*, sic, ut non 8. (prout ante) sed tantum sex menses reservati maneant Papæ; reliqui sint liberi Ordinariis, ut ex dicendis patebit. Loquitur ergo de facultatibus, Episcopis *residentibus*, concessa, providendi de beneficiis *alternativi* cum Pontifice, ita ut Pontifex habeat *six menses* sibi reservatos, qui dici solent *Papales*, nimirum *Januarium*, *Martium*, *Majum*, *Julium*, *Septembrem*, *Novembrem*, & Ordinarii totidem, scilicet *Februarium*, *Aprilē*, *Junium*, *Augustum*, *Octobrem*. Unde quando Pontifex providerit de beneficiis in mensibus, Ordinario concessis, per gratiam alternativæ, requiritur, quod expressè derogeret juri ordinariorum, cùm concessa sit sub onere *residentie*; sic Castropalaus p. 2. n. 13. D. 2. p. 14. n. 2.

559 Circa istam gratiam alternativam not.

1. eam concedi Patriarchis, & Episcopis ut pat. ex textu ibi: *duntaxat*, & quidem sub hac expressa conditione, *quamdiu apud Ecclesias, vel diœceses suas verè, ac personaliter refederint, duntaxat*. Not. 2. quod agat solum de beneficiis, quæ sunt de *libera dispositione Episcopi*. Unde Capitulum, Sede vacante, hac alternativâ non gaudet. Not. 3. per gratiam alternativam non tolli reservationem octo mensium contentam in prima parte hujus regulæ, quamvis eâ durante viam aperiat Ordinarii sub onere prædicto providendi de beneficiis reservatis.

Not. 4. provisionem de beneficiis 560 vacantibus in *Junio* & *Decembri* competere Ordinarii tam in *generali reservatione*, quam in *alternativa*: in illa *simpliciter*, in ista, *sub onore, si resideant*. Cùm autem Ordinarii favorabilius sit, posse simpliciter, quam cum onere, præstat eos uti concessione generali in prima parte hujus regulæ, quoad hos menses; quam concessione alternativæ, quia tunc providebit *jure ordinario*, non autem gratiâ alternativæ, adeoque etiam, *licet non resideat*, si dicas: ergo de beneficiis vacantibus in *Martio*, & *Septembri* poterit, & non poterit providere Ordinarius! poterit, quia illi duo menses in generali reservatione conceduntur Ordinario ex dictis, non poterit, quia per alternativam reservantur Papæ ex n. 558. 12. Episcopum, postquam acceptavit alternativam, non posse providere de beneficiis vacantibus in *Martio* & *Septembri*, esto ea seclusa illi competent. Et ideo eorum loco Pontifex Ordinario subrogavit *Februarium* & *Augustum*: *Junium* autem & *Decembrem* habet, è Concessione generali, & gratiâ alternativæ. Hinc sufficit acceptatio illius, sine acceptatione hujus.

Not. 5. Episcopum, quoad effectum 561 alternativæ non censi *verè* ac *personaliter* residere in sua diœcesi, si sit realiter extra illam, licet in modica distantiâ, hæc enim non est vera sed tantum moralis, & facta praesentia, quod procedit, esto timore mortis, vel vi, absit verè, Castropalaus cit. p. 23. §. 2. Not. 6. alternativam acceptatam non cessare, ex quo Episcopus non residet, sed tantum cessare ejus usum, ex cessatione autem usus, non intrat reservatio 8. mensium, sic, ut in re-

liquis

136 Tract. in Lib. III. Decretal. Questio V.

liquis 4. Ordinarius, esto non resideat, pro-
videre possit, sed intrat reservatio gratiae
alternativae.

562 *Not. 7.* sufficere, quod Episcopus
tunc resideat, quando beneficium vacat,
esto diebus, vel horis prioribus absens
fuerit, sic Castropalaus cit. §. 2. n. 6. quod
verum est, esto tunc ad situm transiun-
ter. *Not. 8.* acceptantem alternativam,
in Mensa Februario posse illa uti à puncto ac-
ceptationis recognitæ à datario, ut patet ex
ipsum verbis regulæ. *Not. 9.* gratiam
alternativam, etiam acceptatam, cessa-
re. 1. per translationem ad alium Episco-
patum, 2. morte Pontificis. 3. renunta-
tione acceptata à Pontifice. 4. intromis-
sione in provisionem beneficiorum ad
Papam spectantium, sed primò post sen-
tentiam declaratoriam criminis.

Advertendum autem, quod Extra-
vagans supr. cit. expresè loquatur de be-
neficciis vacantibus per *promotionem ad di-
gnitates majores* v. g. Episcopatum, fa-
ctam *Authoritate Papæ*, pat. ex ejus verbis ibi:
per nos, seu Authoritate nostrâ promoti, quæ
clarius reddit constitutio Concordatorum
Germaniæ de quo infra n. 566, cui, ut di-
ctum est, illa extravagans est inserta, sub
his terminis: *Per nos, seu Authoritate no-
strârum literarum immediatè collatorum*; ergo
promotorum non immediate à Ponti-
fice beneficia propter promotionem va-
cantia, non intelliguntur Papæ reser-
vata per Extravagantem, *ad Regimen*. Et cum
pro diversitate temporum, & Successorum
Pontificum, non raro variantur, minu-
antur, augeantur, sit, quod, quæ hodie in
ordine est. 8. v. g. apud alios Pontifices
veri & sub alio numero.

564 Unde notandum 10. quæ præmis-
mus de dictis 8. regulis Cancellariae, intel-
ligi de illis prout fuerunt tempore Pauli 5.
Greg. 15. & Urbani 8. prout notavimus
superius: dedimus autem hic eas tantum,
quæ præcipuae sunt, relatæ ad reservatio-
nem beneficiorum, de qua in præfensi. Cœ-
terum tempore Alexandri VII. erant ejus-
modi regula Cancellariae omnino 72. Hæ
porrò regulæ, cum ut dictum est, per po-
steriores Pontifices sepe mutentur, non fa-
ciunt fidem, nisi ex fonte Cancellariae, &
Authoritate V. Cancellarii impetratae cum
debita forma producantur, ut habetur in
Reg. 28. *sed producendis Regulis Cancellariae*,
conditis ab Alexandro VII.

Et ideo etiam Alexander VII. in re 565
gula 42. *de derogatione juris Patronatus*, duo
statuit, ut super impetrando beneficio de
jure Patronatus Laicorum non expedian-
tur literæ concessionis, nisi ponatur expre-
sæ; illud tamdiu vacasse, ut fuerit ad Sudem
Apostolicam devolutum, vel ad id Patrono-
rum consensus accedit. 2. si continget ju-
ri Patronatus derogari per Papam, *si ejus
mentio dispositivæ, specificæ, ac determinate*,
secùs non censeatur ei quomodolibet de-
rogatum, qui etiam beneficia, vacante
Sede Apostolica vacantia, (licet alias per
regulas Cancellariae, vel alias constitutio-
nes temporales Papæ reservata) conferri
posse ab illis, Sede Apostolica vacante, à
quibus alias jure communi possent, sta-
tuit Reg. 69. *de beneficiis vacantibus tempo-
re obitus Papæ*; & regulas Cancellariae non
comprehendi sub generalibus derogatio-
nibus in regula Cancellariae. 71.

S. 4.

*De beneficiis reservatis per Concordata
Germanie.*

Concordata Germanie ducunt originem 566
ex eo, quod Anteriores Pontifices
plurima beneficia, tam Secularia, quæ
Regularia, sibi, ac Sedi Apostolicae reser-
vaverint, & in eorum collationibus, seu
provisionibus, à provisis annatas seu pri-
mi anni fructus, & ab Ecclesiis quindennia
exegerint justis utique de causis, Natione
Germanicæ se ab his multum gravari sen-
tiente; hinc eò consilii progressa est, ut inter
Fridericum Romanum Imperatorem
electum, & postea coronatum, aliosque
Ecclesiasticos, & seculares Principes dictæ
Nationis ex una; & Joannem Sancti An-
geli Diaconum Cardinalem, Sedis Aposto-
licæ Legatum à Latere, ex altera parte, ejus-
dem Sedis Authoritatè, pro Ecclesiæ uni-
one, & pace, inter Ecclesiam eandem & Na-
tionem Germanicam, diversa rationabili-
ta & utilia editasint, quæ Nicolaus V. Pon-
tifex Authoritate Apostolica, ex certa sci-
entia approbavit, acceptavit, & communi-
vit, constitutione suâ primâ *ad Sacram
Petri Sedem*, edita 1447. Calend. April. Hæc
constitutio reduci potest ad s. S. de qui-
bus in seqq.

Moderatio Extravagantis ad Regimen.

Inter prima concordia hujus puncta 567
est moderatio Extravagantis *ad Regimen*,
qua Benedictus XII. plurima beneficia pro-
visio-